Poëmatis Tegneriani

Quod Inscribitur Frithiofs Saga Carmen Septimum

Latinis Asclepiadeis

Refinxit

JOH. GUST. EK,
Eloqu. et Poës. Prof.

Pro Laurea

Disputaturus Publice Defendet

CAROL. GUST. L. BILLQVIST,
Philos. Cand., Gothoburgensis.

In Auditorio Carolino die XI Junii MDCCCL.

P. III.

Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCL.

At me respiciens luminibus tuis
Amplexuque tuo me tibi colligens,
Sublimem, positum rursus humi, facis
Divum spernere gaudia.

Quid? jam mane venit? cantat alaudaque?
Fallor. Nam queritur nocte columbulus.
Sed dormitat adhuc comparis accubans
Matutina avis ad latus.

Felices nimium, quos neque lux nova,
Nec vergente die nox nova distrahit:
Quos ut penna levis fert, ita contigit
Vitam ducere liberam.

Ack! blott din famn mot mig du breder,
blott dina ögon se på mig,
hur lätt du lockar svärmarn neder
från Gudars salighet till dig! — —

"Tyst, det är lärkan." Nej, en dufva
i skogen kuttrar om sin tro;
men lärkan slumrar än på tufva
hos maken i sitt varma bo.
De lycklige! dem skiljer ingen,
när dagen kommer, eller far,
men deras lif är fritt, som vingen,
som bär i skyn det glada par.

Illuxisse diem credis? At ignea,
Quæ cernis, vigilum signa procul nitent.
Non aut colloquium sistere cogimur
Aut nox optima desiit.

Tu quamvis graviter, sol bone, dormias!
Quamvis ille diu duret iners sopor!
Etsi duret adhuc orbis ad exitum,
Nil hæc me mora commovet. —

At spes cuncta moræ fluxit ad irritum:
Matutina parant stridere flamina
Auroræque rosæ nunc ita pullulant,
Ingborgæ velut in genis.

"Se, dagen gryr." Nej, det är flamman
af någon vårdkas österut.
Ännu vi kunna språka samman,
än har den kära natt ej slut.
Försof dig, dagens gyllne stjerna!
och morna sen dig långsamt till.
För Frithiof må du sofva gerna
till Ragnarök, om du så vill.

Dock, det är fåfängt till att hoppas,
der blåser ren en morgonvind,
och redan österns rosor knoppas,
så friska, som på Ingborgs kind.

Atque alata cohors et temeraria,
Ut coelo fugiunt nubila, constrepit:
Et jam vita viget, fluctus inæstuat,
Nox umbræque et amans fugit.

Adventare deum jam prope sentio:
En! sublimis adest, pulcher et aureus
Sol, qui jam tenebras dissipat: obsecro,
Ignoscas, ego quod precor.

O! qui per spatium vaderet hoc, tibi
Vadenti similis, par tibi robore!
Victorique hilari sic foret additum
Lucis perpetuum decus!

En vingad sångarskara qvittrar
(en tanklös hop) i klarnad sky,
och lifvet rörs och vågen glittrar,
och skuggorna och älskarn fly.

Der kommer hon i all sin ära!
Förlåt mig, gyllne sol, min bön!
Jag känner det, en Gud är nära,
hur präktig är hon dock, hur skön
O den, som fram i banan trädde
så väldig, som du träder nu,
och, stolt och glad, sin lefnad klädde
i ljus och seger liksom du!

At jam constituens ante oculos tibi
Hanc, qua nil poteras cernere pulchrius,
Custodire velis hanc, precor; an tui
Non agnoscis imaginem?

Et mens est radiis candidior tuis
Et coeleste micant coerula lumina:
Auratamque tibi qui dederat comam,
Huic idem dedit auream. —

Jam, dilecta, vale. Longior altera
Nox tandem poterit reddere te mihi.
Nunc extremæ sinas oscula figere
Frontique et labiis tuis.

Här ställer jag inför ditt öga
det skönaste du sett i Nord.
Tag henne i din vård, du höga,
hon är din bild på grönklädd jord.
Dess själ är ren som dina strålar,
dess öga som din himmel blått,
och samma guld din hjessa målar,
har hon i sina lockar fått. —

Farväl, min älskade! En annan,
en längre natt vi ses igen.
Farväl! Ännu en kyss på pannan,
och en på dina läppar än!

Tum dormire velis usque meridiem:
Me cernas vigilans, me quoque dormiens:
Horas, ut numero, sic numeres: mei
Sic tu vive memor. Vale!

Sof nu, och dröm om mig, och vakna
vid middag; och med trogen själ
tälj timmarna, som jag, och sakna,
och brinn, som jag. Farväl, farväl!

Notulæ.

Belidæ. Ne quis miretur nos, qui ante in *Otiolis Metricis* soliti sumus nomen primitivum facere *Belo, — onis*, nunc hoc facere patronymicon: *Belīdes, — dæ,* non *Belonides,* adtendat, velim, ipsorum Romanorum hoc in genere libertatem. Ex nomine *Scipionis* fieri oportebat *Scipionides.* Hoc vero quod non magis, quam casus obliqui ipsius nominis versui Heroico adcommodari poterat, aliter deflexerunt *Scipiades* l. *Scipiada,* ut *Virg. Aen.* VI. 843, 844.

Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas . .

Quod *Belīdes* feci (penultima producta) eundem Virgilium ducem secutus sum; is enim *Aen.* II. 81, 82 ita:

Fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis . . .

Quamquam non ignoro fuisse, quibus non sana videretur hæc lectio *Belidæ* propter ipsam penultimæ quantitatem, quod nullum exstaret primitivum *Beleus*, unde derivari potuisset; quique, etiamsi exstaret *Belus,* cujus neptis erat Amymone, Palamedis avia, tamen existimarent in tam longinqua cognatione vix esse locum patronymico, et, si esset, corripi penultimam debere, ut in *Aeolides, Priamides* eamque ob causam Naupliadæ (ex *Nauplio,* qui pater erat *Palamedis*) mallent pro Belidæ.

Inscribens sabulum cuspide. Grammaticæ rationis habes quandam similitudinem *Aen.* I. 482:

. . *versa pulvis inscribitur hasta.*

Delie. Excusatum me habeas L. B. quod non modo *Dellingiades*, sed etiam *Brago, Valhalla, Vingolfia, Valkyria, Alfi* et quæ sunt reliqua Latinis auribus absurdiora, cavenda mihi putavi. Quæ minime poterant vitari, ut *Ingborga, Bero*, in iis analogias a Saxone Grammatico datas sequendas duxi. Major fortasse in hoc ipso *Delie* inest, quam in ceteris omnibus, audacia. Sed soni ineuntis similitudine, quæ, quamquam modo fortuitam, habet etiam significationis similitudinem, commoveri me passus sum.

Hoc denique rogo et moneo, ne quis germanam et expressam imaginem posse Latinorum lingua effingi carminis, quod ne in *Germanorum* quidem sermone, a nostro tam paulum diverso, etsi septemdecim, ni fallor, conati sunt interpretes, *germanam* habeat interpretationem.